



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1773**

**VD18 90118677**

§. 26. Vario Marte in Hungaria pugnatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1598.  
urbem irrui: verum Turcis undique ad arma concurrentibus diuturnum non minus, quam atrox, utrinque certamen commissum est: cæso tamen ipso Turcarum Præfecto, ejusque capite hastæ affixo circiter trecenti Janisari, qui ex clade sese collegerunt, ad munimentum, in quo pulvis pyrius asservabatur, sese recipiebant, quos Christiani confestim insequiebantur, improvido tamen consilio, pulvere enim ignem concipiente, quo casu ignoratur, potissimi unacum Turcis in aera raptabantur: cum autem hostis resistendo impar esset, die vigesima nona Martii Schwarzenburgus spatio duodecim horarum urbe potitus prædam victoribus distribuit, urbemque restauratis ruinis decem præsidiariorum milibus munivit, ablegatis ad Cæsarem Palatio, & Vobecurtio, qui reportatæ victoriæ nuntium deferebant. Hæc ipsa tam fausta dies quotannis festiva tormentorum explosione, aliisque lætitiæ signis Jaurini gratissime recolitur.

§. XXVI.

*Vario Marte in Hungaria  
pugnatum.*

*Ishuanfius*  
*l. 31. p. 742.*  
*Kevenhiller*  
*to. 5. p. 1926.*

Postmodum die decima septima Aprilis Sigethensis Bassa cum exiguo prædatorum agmine prope Baboscam obequitans in trecentos incidit præsi-

Sæcul.XVI.  
A.C.1598.

diarios, quos fugam simulans in structas infidias inducebat, & ferme omnes trucidabat: mox vero Schwarzenburgus in hosce grassatores erumpens, illos ad sua præsidia retrocedere compulit: insuper paulo post Hussari Pappa egressi triginta duos currus annona onustos intercepterunt, præter quadraginta equos, ipsumque Albæ Præfecti filium: nec minori etiam successu Elias Erdenrichus Tocajæ Præfectus die quinta Maji trecentos Turcas in prædam effusos profligabat, qui etiam prope Budam, & Agriam non sine magna suorum strage aufugere coacti sunt, eodemque tempore a Georgio Barbelo Tartari circa Albam Juliam cæsi fuere: vicissim vero Schwarzenburgus Albam-regalem, irrito tamen conatu, occupare tentabat, magis propitia forte apud Totim urbem usus, quam ineunte mense Augusto deditio cepit, desideratis Turcarum ducentis unacum eorum Bassa, ex Cæsareis vero nonnisi circiter quadraginta cæsis: postea intra octiduum Gestesia, Vasonium, Palotta, Ticonium, Vesprinum, Sambuca, aliæque arces partim vi, partim deditio in Cæsaris potestatem redactæ fuerunt: exeunte autem mense Septembri Omar Bassa cum sexaginta suorum millibus Varadinum contendit, atque ad initium mensis

sis

Sæcul. XVI. A.C. 1598. fis Octobris urbem cingere coepit, qua  
 a Redero Governatore, & Niario ince-  
 fa adversus arcem totum armorum im-  
 petum effundere statuit, ac die sexta Oc-  
 tobris aqua aliorum derivata cunicu-  
 los agens a quatuor Heiducis ad omni-  
 tentanda paratis altera die inde depul-  
 sus est: die autem nona viginti quinque  
 Hungaris somno sopitis, cæsisque Tur-  
 cæ die duodecima Octobris rupto cuni-  
 culo, editaque ruina arcem, ac mun-  
 ium exterius invadere moliebantur,  
 inde non sine suorum dispendio repulsi,  
 nihil tamen inde territi uno impetu tres  
 cuniculos injecto igne tam felici succes-  
 su aperiunt, ut fossa muri ruderibus im-  
 pleta Turcis irrumpendi opportunita-  
 tem suppeditaret: verum omnes Bar-  
 barorum conatus infracta Cæsareorum  
 virtus elusit, quapropter post oppugna-  
 tionem tribus locis frustra tentata  
 pluresque muros actis cuniculis ever-  
 sis Omar Bassa trigesimo obsidionis die ter-  
 tia Novembris discedere coactus est, de-  
 sideratis suorum tredecim millibus, ex  
 nostris vero nonnisi tribus millibus; por-  
 ro Melchior Rederus ob tam felicem  
 successum cum omnibus suis solemnes  
 Deo grates rependit, ac Victor vexillis  
 captivis, multaque præda onustus Casso-  
 viam contendit, a Maximiliano, aliisque  
 summo applausu exceptus.

§. XXVII.